



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 28. Henricus Brunsvicensium Dux a Commendono salutatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.
A.C. 1561.

§. XXVIII.

Henricus Brunsvicensium Dux a Commendono salutatus.

Pall. l. 15.

c. 5. n. 1.

Gratian. l. c.

Tandem Commendonus ad Henricum Brunvicensem Ducem Catholicum delatus eidem Papæ literas, ejusque diploma obtulit, quod Princeps non sine magna submissione recipiens absque omni cunctatione Synodi continuationem non modo ratam habebat, sed etiam prosperum illius successum ex animo peroptare videbatur, asserens, se a Saxoniae Electore comperisse, quod Lutheri affectu, cum Calvinii factio Naumburgi prævaleret, alium in Saxonia Conventum habere moliantur. His adjecit, quod ex illo, qui eidem Septemviro a secretis esset, intellexerit, ipsius Dominum ad Catholicæ Ecclesiæ finem haud ægre reversurum, dummodo illius subditis communio sub utraque specie concederetur.

§. XXIX.

Commendonus Synodi celebrationem propositurus apud Germanicæ Episcopos.

Post hæc Commendonus ad omnes viciniore Episcopos, cunctosque Principes Papæ diploma, literasque delaturus,